

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia ay
cum uariis

Quatuor enim sunt qui trahunt elacionis currum, scilicet amor dominandi, amor proprie laudis, contemptus et inobediencia. Rote uero sunt iactancia mentis et arrogancia, uerbositas et leuitas; auriga in hoc curru est spiritus superbie; amatores mundi sunt qui feruntur in hoc curru; infrenes sunt equi, uolubiles rote, auriga peruersus et qui portatur infirmus.

Hugo de claustro anime libro I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Superbia ay] Superbia ax P V¹ V² L¹ L²; qui] que M P V¹ V² L¹ L²; scilicet *om.* P V¹ V² L¹ L²